

Christian Hildebrand

**Programma Qvo Christianus Hildebrandus, Logices Profess. Ducalis Ordin: Publ.
... Hodiè Rector Ad Festum Michaeli Archangelo, Principi turmarum Angelicarum
Ductori & toti cœlestis militiae exercitui Sacrum Devoto cultu celebrandum
Omnes Academiae Cives ea, qva fas est, adhortatione invitat**

Rostochii: Typis Johannis Wepplingii, 1702

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn89346726X>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

—
1702. Michaelis

~~M-1256.~~^{23.}

M. 1702

PROGRAMMA

QVO

CHRISTIANUS HILTEBRANDUS

Logices Profess, Ducalis Ordin: Publ.
Facultatis suæ Senior & UNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS

Hodiè

RECTOR
AD FESTUM



MICHAELI ARCHANGELO.

Principi turmarum Angelicarum Du-
ctori & toti cœlestis militiæ exercitui Sacrum
Devoto cultu celebrandum

Omnes Academiae Gives ea, qua fas
est, adhortatione invitat.



ROSTOCHII,

Typis Johannis Wepplingii, Anno 1702.

M. 1256 83

J. J!



Eriamur hodie per DEI gratiam cum univ-
ersa Ecclesia Catholica Festum diem glo-
riosissimi præcipuè in illa Universitate An-
gelica Herois, ingentiumque turmarum,
angelicarum eminentissimi Ductoris MI-
CHAELIS ARCHANGELI, non quædam
ἀγγελολατρεία, quam Pontificii tuis falso
inculcant, nostrates autem Theologi il-
lum errorem, jam pridem detexere &
ex sanioribus Scripturæ locis refutarunt.

Sed cum nec Angeli ipsi, cultum adorationis, etiam ab aliis ex-
hibitum, sibi vendicarint, ut testis est angelus apud Johannem
in Apocalypsi c. 19, 10, c. ult. v. 9. qui talem divinum adorandi
honorem detrectavit & DEO soli exhiberi voluit. Huic & nos
unicè, utpote angelorum Creatori, devotè, ex intimis cordis
penetralibus habemus & agimus gratias, quod eosdem custodes
& defensores vitæ nostræ, corporis ac bonorum clementer nobis
adjungere voluerit. Et prout in his potentibus robore Spiri-
tibus expressissima divinæ potentia & benignitatis in nos summæ
documenta extare luculenta voluit, ita non ullum facile, sine præ-
senti ANGELORUM *δοξολογία* submississimaque *Μακροία*, Ma-
jestatis gratiaque Theatrum, omnipotens Thronorum conditor,
cujus Thronus est in seculum seculi, aperuit. In sacra Scriptu-
ra ubique ADMIRANDA panduntur ANGELICA, sive universam
illam cœlestem DEI Civitatem ex ipsa natali die, in ipsis gloria
sua primordiis ineffabili concentu Musico, unius Conditoris Ma-
jestati dedicato, jubilantem, sive illam, post apostatas & deserto-
res Palatii cœlestis, Principes, cum numerosis legionibus, Angelos,
perseverantem, contraque conjuratam illam in Tartaro tenebrosam
societatem, contra tumultuantes in hoc infimo aëreo cœlo soloque
ἡσμοκράτες seu mundi Principes, pro Ecclesia imprimis, MEDIA-
TORIS *Θεανδράτης* virtute ac merito, sine missione militantem, pa-
riter ac gloriosè triumphantem Societatem Angelicam, jam de sua
sempiterna felicitate securam, in commune, vel in hac quoque, tum
alios Principes Angelos, tum præ cœteris, MICHAELEM ARCH-
ANGELUM; cujus memoria, prout solius Conditoris gloria
hic

hic ipse dies, anniversaria solennitate sacrat, representare, vel cum nullius nisi Angeli Oratoris tanta facundia sit, adumbrare, devotissimisqve animis meditari lubeat. E tonitru quondam & turbine ad Jobum Orator DEUS, ex corporearum creaturarum longis ordinibus, duo in Theatro Majestatis representavit, unum ex brutis terrestribus, alterum ex aqvatilibus, ipsa prodigiosa robustaqve corporis mole admiranda *ἀντιστοιχουμένου*, ad quorum unum intonuit: *Ille est principium viarum DEI* *fortis* Jobi XL. v. 14. ad alterum autem, *ad levationem ejus* (in mari) *trepidant robusti & præ confractionibus* (dum frangit magno impetu maris fluctus ipsi supplices DEO facti à peccatis purificantur) seu expiantur. Jobi c. XLI. v. 16. Quod si transcendere corporeas, & invisibilium Spirituum paradigmate convincere Jobum satius tonanti tunc DEO visum fuisset, in promptu armatos Angelorum exercitus habuisset, quibus incomparabiliter eminentiori modo live *naturam* qua Spiritus sunt live temporis, quo, quæ in capaci mentis alta naturâ humanâ, creatio substituit. ab intelligente *Angelicâ capite*: sive dignitatis principatum, sive numeros, sive ordines, sive potentissimas virtutes & operationes, ipsas etiam, irato DEO, primogenitorum, inque castris inimicis, *myriadum chiliadumq;* innumerabilium, uno Angelo ultore clades (unde clamor ingens, & vel illa sancto ceteroqvi Regi subnata flebilis elegia: *Ego, ô DEUS, is sum, qui peccavi & omnino male feci! Ha autem oves quid fecerunt!* I. Chron. XXI. v. 16, Exod. c. XII. v. 30. Jes. XXXVII. v. 36.) seria æstimatione consideres, utrumqve illud elogium divinum acclamare licuisset. Pro Majestatis suæ diviniæ sublimi eminentia, DEUS ipse, ad ipsum stellarum cœli globum, ad numeros & nomina stellarum consultores alibi ablegavit: *Accollite*, inquit, *in sublime oculos vestros. Quis ista creavit? Quis exercitus cœli numero suo produxit? Quis ista de nomine vocavit?* Jes. 40. 26. Bileamus ad explicata in campis Moabiticis castra exclamavit: *Quis numerum, quin vel quartam partem Israelis numeraverit?* Num. XXIII, v. 14. Caterum tam Israelis, quàm Stellarum numeros, transcendit Angelorum numerus Ipse noster Salvator & patiens in horto JESUS licet fuerit in statu summæ exinanitionis, ultra tamen XII legiones armatorum ex cœlesti militiâ bellatorum Angelorum evocaturus sibi

constare, protestatus est. Matth. XXVI, 53. Daniel Propheta
fervus ille DEI viventis, cui semper serviebar in Majestatis glorio-
so spectaculo, observavit præter illos, qui *thronum flammam-*
entem, rotasq; igneas repræsentarunt, *Angelorum ministrantium* fu-
isse decies centena millia, adstantium, centies millena millia.
Dan. VII, 10. majorem etiam & innumerabilem Arithmeticam
Angelicam redditura, ut potiore jure, hic intonare liceat:
Quis Angelos, imo, *quis vel quariam Angelorum partem numerare*
possit? nec minus, *ad illas Stellas maculinas*, ipsa natali die,
incomparabili Symphonia Conditorum celebrantes, Jobi
XXXVIII, 7. applicare illud DEI ad Abrahamum: Intuere cœ-
lum versus & numera Stellas si potes. Gen. XV, 5. Et nomina &
numeri Angelorum soli constant creatori: nobis mortali-
bus vel per illos, quos descripsissimus, numeros, vel
per ipsa MICHAELIS GABRIELIS, RAPHAELIS nomina
expressorum quorundam exemplorum gloria, si, prout olim
ad obsessam Dothan urbem aperirentur oculi 2. Reg. VI, 17. plu-
ra contemplaturis. Cum autem non tam numerus, quam ordo
civitatem constituat, non minus ex hoc quam ex illis divinæ
Majestatis & admirandorum Angelicorum panditur Theatrum.
Et licet omnes Deo semper præsentem & per hujus visionem sem-
piterno fruantur gaudio pariq; beatitudine, tamen donorum,
gloriæ, potentia, dignationum excellentium gradibus usq; adeo
discernuntur, ut non solum in civitate Angelica dentur *Ange-*
lorum Principes: Sed & dentur *Primarii Principes*, dentur *Throni*
& *Reges*, (quos inter eminentiore Majestate & ineffabili claritate
fulgent, cui soli in S. literis Archangeli servatur nomen, MI-
CHAEL,) dentur, ab ipso Apostolo discreti, præter Thronos,
Principatus, Dominationes, Potestates Col. I. 16. Cujus autem
Oratoris facundia in altero, divinæ, per civitatem Angelicam,
benignitatis in nos, post Conditoris gloriam, (cui sine inter-
missione acclamant *τρισάγιον*) sincerissimam, flagrantissimamq;
illam *Φιλανθρωπίαν* (qua post *Θεοῦ ἄνθρωπον*, Fratrem, non An-
gelorum: Sed nostrum, ipsi conservi nobis appellari gaudent,
nec quicquam sive antiquius sive gloriosius sibi ducunt, quam
Ecclesiæ DEI & singulorum in illa fidelium commoda salutemq;
procurare & unius vel peccatoris resipiscentis gaudia solide
gaudere) ex ipsa beneficii magnitudine commemorare satis po-
terit? Tantæ benignitatis Angelicæ plenæ sunt S. literæ, &
admi-

admiranda loquuntur Angelica: quando Daniel sanctus ille vir
 DEI, sedebat in foveâ Leonum, Angelus mittebatur, qui Leonum
 famelicorum ora occluderet, ne nocerent ei Dan. VI. v. 22. Ange-
 lus Petrum captivum, portâ ferreâ sponte panla ex carcere libe-
 ravit Act. XII. 10. Debentur hæc DEI FILIO, qui postquam naturâ
 non Angelicam, Ebr. II. 16. Sed humanam in suam, unigeniti
 DEI FILII personam assumpsit, & in semetipso supra naturam
 Angelicam omnium ordinum exaltavit, non magis pudet Ange-
 los, nostros dici *Confervos*, & apud nos, DEI Ministerianos
 quàm unigenitus DEI Filius non detrectat, nos blandissime ap-
 pellare FRATRES. Ebr. II, v. 11. Verum enim vero vocatur
 nomen singulare Festi, MICHAEL. ὁ Αρχάγγελος, cujus
 memoriæ impuris, quas Papisimus supponit, originibus valere
 iussis, illius Pseudo-Michaelis apparentis in *Gargano Apulia*)
 prout solius sanctissimi Conditoris *Gloria*, ex qua contra Apo-
 stas angelos, illo eloquio: *Quis sicut DEUS?* Vindicata, ipsi
 donatum MICHAELIS nomen, hic ipse dies anniversaria solem-
 nitate fieri solet. Magna quidem & aliorum Angelorum, imprimis
 GABRIELIS, in Sacra Scriptura celebratur excellentia,
 magna in Ecclesiam & fideles singulos merita, cum nec Lex,
 nisi per Angelos ordinata Gal. III, 29. nec Evangelium, sine
 Διακονία fuerit Angelica. Testes illi in campis Bethlehemiticis
 Evangelistæ & Cantores Angeli Luc. II, 9. 10. 12. Testis vel unus
 GABRIEL peculiari cœli dignatione, & jam olim sub Veteri
 Fœdere apud Danielem c IX, 21. & in ipso temporis Evangelici
 novi fœderis diluculo vel aurora, apud Zachariam, Mariam,
 Josephum, Luc. I, 17. 31. Matth. I, 20. summi incarnationis my-
 sterii Orator & Internuntius summi DEI. Sed præcellit Prin-
 cipatu, meritisque cæteros, fulgidissimus in militia cœlesti
 Dux & Antecessor MICHAEL. Licet autem inexplicabilia sint
 hujus, turmarum Angelicarum Principis, in Ecclesiam præcipuè
 merita, tamen exprimere documenta SPIRITUS oris Domini,
 idemque cum PATRE & FILIO conditor universitatis An-
 gelicæ voluit, & in illis cæterarum arcanarum tanti Ducis pro
 Ecclesia operationum vestigia, pie nos venerari. Momentosa
 celeberrimaque in Angelicis Danielis, & in illa imprimis cum
 PRINCIPE regni PERSIÆ & PRINCIPE GRÆCIÆ lucta MI-
 CHAELIS Archangeli memoriâ & triumphale nomen est. *Sane*
Princeps Persia, non Cyrus, non Cambyfes, non quicumque alius

Regum Persiæ Danieli est intellectus. Distinguitur manifeste à Regibus Persiæ, velut Individuum dimicationis admirandæ, singularæ. Et quis sive Persiæ, sive omnium terræ Regum tantæ majestatis est vel fuit, ut per XXI. dies flammam Angelicam sustinere ipsiqve GABRIELI Angelo in tali monomachia oblectari possit, usqve adeo, ut contra Antagonistam Regem mortalem, ipsi GABRIELI in subsidium advocandus fuerit MICHAEL Archangelus? Sed nec ex castris SANCTORUM ANGELORUM æstimandus oblectator ille, sive Persiæ vel Græciæ Princeps fuerit. Non cadit in purissimas illas mentes, sententiarum operationumqve bellum, & postqvam divinum reducendorum Babylone Judæorum decretum, ex publicis constabat voluntatis divinæ tabulis, qvin vel ex ipsis per GABRIELEM interpretem Danieli publicatis responsis, nec poterat Civitas Angelica id ignorare, nec quisqvam bonorum Angelorum, sive qvos maturare Deus volebat, reditus, sufflaminare, sive Gabrieli, imò ipsi MICHAELI contrariis consiliis & operationibus oblectari. Sed nec pro impetrando diuturniore retinaculo Babylonico, Judæorum peccata ad tribunal Dei perorare vel exaggerare, sancti, Dei & Ecclesiæ amore flagrantis Angeli, character est nec ex intentione boni finis illud excutare licebat. Uterq; illorum Persiæ scil. & Græciæ Principum, ad oppositam tenebrosis perniciosissimis consiliis turbulentam societatem Angelicam ad *νομομαχίαν* illos *νῦν σκοτεινὴ αἰών* τῆς, adversus qvos prout hominibus: ita & Angelis electis lucta est, Eph. VI, 12. referendus omnino fuerit. Prout scil in militia cœlesti MICHAEL suas ducit Angelicas turmas & vel Principes Angelos: ita in militia infernali, DRACO PRINCEPS, cui potestas est aëris Eph. II, 2. suos quoqve habet Angelos, suos in hoc infimo aëreo cœlo, in Ecclesiâ, in Politia, in Regum aulis tumultuantes perstrepen- tesq; Principatus & potestates. Ex illis duo repræsentantur Archidæmones, & in Perlarum & dein Græcorum Monarchiâ, Regumqve aula turbantes, eosdemqve ad odia in Ecclesiam Judæorum crudelia, ad retractanda, quæ Cyrus publicaverat, edicta gloriosa, ad impediendam quibuscunq; modis Hierosolymorum & templi re ædificationem, ipsius autem populi solidam libertatem, qvin retrahendum potius hunc ex Babylonica, in Persicam, & ex hac, in Macedonicam captivitatem, per arcanas penetratissimas

tiffimasque suggestiones, per insidiosissimas satrapicas calumnias & fraudes indefinenter impellentes, auctisqve ex peccatis Judæorum viribus, tanto conatu contra Ecclesiam agentes, ut deputando peculiariter Gabriele contra illa *πυδμαλινε τῆς μονησιας* militaturo, opus fuerit, eademqve non per XXI, dies solum continuanda: sed & deinceps contra utrumqve & Persiæ & Græciæ Principem redinstauranda pugna, usqve dum per MICHAELEM singulari designatione cœlesti, Ecclesiæ & Politicæ Judæorum præfectum PRINCIPEM, seu unum e Principibus primariis Angelum triumphali tandem eventu plausive consummaretur. Ut taceamus novum illud MICHAELIS Archangeli, ejusdemq; arcanæ militiæ monumentum, quod panditur in Epistola Judæ. v. IX. Consideraturi pugnam MICHAELIS & Angelorum cum DRACONE, & hujus Angelis hoc ipso die in Ecclesiis, personantem plane admirabilem. De quo tamen argumento graviter & antiquitati catholicæ consonanter in Locis Theol. monuit magnus noster Chemnitius: *Festum hoc appellatum MICHAELIS quia scriptura, Angelorum unum nominat MICHAELEM, de quo dicit, quomodo pugnet contra Draconem & Angelos ipsius, pro Ecclesia Apoc. XII. v. 11.* Non alium hinc agnovit MICHAELEM, quam qui in Epistola Judæ pugnat contra Diabolum, Idolum insinuere volentem, de quo pulcherrimum illud Danieli dictum: MICHAEL stat pro filiis populi tui Dan. XII v 1. Hoc modo inquit, ad beneficia Angelorum veniendum: nec in Angelis tantum hærendum, sed, ut MICHAEL dicit Apoc. XII, 11. Vicerunt DRACONEM in sanguine Agni & in verbo testimonii sui. Scilicet post lapsum publicatumq; illud mysterium mysteriorum de *αυθρωπιφ* contrituro caput serpentis, Triumphus omnis Angelorum & ipsius MICHAELIS ARCHANGELI, debetur introducto in orbem terrarum PRIMOGENITO, ipsiq; AGNO, ad cuius Thronum omne flectitur genu. Super est unum novissimumq; Majestatis divinæ Theatrum adventus nimirum DOMINI JESU ad judicium. Sed nec in illo deerit cum omnium Angelorum gloriola panegyris Matth. XV. v. 30. tum ineffabilis quædam & peculiaris dignatio MICHAELIS. Descendet quippe Dominus cum celeusmate, cum voce Archangeli, cum tuba DEI, ad quod celeusma, mortui resuscitantur, vivi superstites immutabuntur & coram tribunali JESU CHRISTI comparere jubebuntur auditori mox sententiam sive Jubilæam illam: Venite BENE-DICTI! sive lamentabilem alteram: Ite MALEDICTI! Festinamus itaque ad illa sanctorum in commune gaudia! Illam, in cœlis

etelis fundatam civitatem angelicam suspiremus ! Quis non
ισαγγελος esse, vel ad ipsam corporis CHRISTI speciem reformari
exoptet & cum DOMINO temper esse desideret ! Ab im-
mundissima Diaboli potestate, à tartareo iugo & societate pœnali
per CHRISTI Sacramentum eruditi, & ab ista perniciosissima im-
pietatis nocte in lucem saluberrimæ pietatis translati, vera vivaq;
fide in Christum armati, Angelorum virtutes venerari nos opere
ipso declaremus, certi, non posse non post hanc vitam associari tene-
brarum Angelis, quotquot in hac vita non associantur Angelis
lucis. Nullum cum Angelis sanctis habent commercium,
qui flagitiosissimarum consuetudinum vitiis & scenis impurissimis
oblectari magis quam oblectari student. Cogitemus Angelos
esse omnium nostrarum actionum spectatores & sermonum au-
ditores. Nemo adeo impudens & obscænus, qui non
caveat sibi, & operam det in conspectu hominum gravitate
authoritate & sanctitate conspicuorum recte se gerere ; Quid ergo
indignius, quam in conspectu & præsentia tam sanctissimorum,
purissimorum potentissimorumque Angelorum nos turpiter dare,
futilia, obscæna & impia loqui & agere. Consideremus, pie lo-
quendo & agendo nos attrahere ad nos Angelos eosque perfundere
gaudio, male agendo & obscæna loquendo, nos eos contristari &
planè abigere. Imploremus Spiritus Sancti gratiam ut mundet no-
stra corda, quo habitacula sint S. S. Trinitatis : Agite Cives Acade-
miæ, vestris titulis honoratissimi ! Tuque Nobilissima florentissi-
maque Studiosorum Corona vestrorum officiorum, uti pie speramus
& sincere confidimus, memores, Vota precesque modo cum no-
stris jungite vestras.

Gratias summas Tibi summe habemus Sed Tibi quales, sapiens Creator
Conditor rerum, Tua quod ministros Gratias dignas peragemus ore?
Flammeos finxit manus Angelorum Heul sitū non est id in eloquentis

Agmina pura, Ullius ore.

CHRISTE tu nostros animos gubernas.

Ut Tibi grati placeamus uni:

Ne tuos unquam vitiosa lædat

Vita ministros.

P.P. Rostochii Sub Sigillo Universitatis die S. Michael:
qui est XXIX, Septemb. Anno MDCC. II.

0 (9)

tiffimasque suggestiones, per insidiosissimas latrapica
& fraudes indefinenter impellentes, auctisque ex pecca-
rum viribus, tanto conatu contra Ecclesiam agentes, ut
peculiariter Gabriele contra illa *πρὸς μάλιστ' τῆς πονη-*
τιου, opus fuerit, eademque non per XXI, dies solum co-
sed & deinceps contra utrumque & Persiæ & Græciæ
redinstauranda pugna, usque dum per MICHAELEM
designatione cœlesti, Ecclesiæ & Politicæ Judæorum
PRINCIPEM, seu unum è Principibus primariis Ange-
phali tandem eventu plausive consummaretur. Ut tacea-
illud MICHAELIS Archangeli, ejusdemque arcanæ militiæ
tūm, quod panditur in Epistola Judæ. v. IX. Considerat
MICHAELIS & Angelorum cum DRACONE, & hujus-
ipso die in Ecclesiis, personantem plane admirabilem.
men argumento graviter & antiquitati catholicæ consonat
Theol. monuit magnus noster Chemnitius: *Festum hoc ap-*
CHÆLIS quia scriptura, Angelorum unum nominat MIC-
quo dicit, quomodo pugnet contra Draconem & Angelos ipsi-
fia Apoc. XII. v. ii. Non alium hîc agnovit MICHAELEM
in Epistola Juda pugnat contra Diabolum, Idolum instituere
quo pulcherrimum illud Danieli dictum: MICHAEL stat pro-
tui Dan. XII. v. i. Hoc modo inquit, ad beneficia. Angelo-
dum: nec in Angelis tantum hærendum, sed, ut MICHAEL
XII, ii. Vicerunt DRACONEM in sanguine Agni & in ve-
niti sui. Scilicet post lapsum publicatumque illud mysteri-
rum de *ἀποκάλυψις* contrituro caput serpentis, Triumphus
lorum & ipsius MICHAELIS ARCHANGELI, debetur
in orbem terrarum PRIMOGENITO, ipsique AGNO, ad cu-
omne flectitur genu. Super est unum novissimumque
vinæ Theatrum adventus nimirum DOMINI JESU ad Ju-
nec in illo deerit cum omnium Angelorum gloriola pane
XV. v. 30. tum ineffabilis quædam & peculiaris dignatio
Descendet quippe Dominus cum celeusmate, *cum voce Ar-*
tuba DEI, ad quod celeusma, mortui resuscitantur, v-
immutabuntur & coram tribunali JESU CHRISTI com-
buntur audituri mox sententiam sive Jubilæam illam: V-
DICTI! sive lamentabilem alteram: Ite MALEDIC-
mus itaque ad illa sanctorum in commune gaudia!

